

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

Châteillon, Sébastien

Francofurti, 1761

VD18 12886300

Judex.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18303

314 DIALOG. SACRROVM
SENTENTIA.

*Vera sapientia, stultorum judicio insania est.
Licet interdum ex calumniatorum mente magis,
quam verbis, crimina diluere. Neque enim no-
minatim accusabatur Paulus de resurrectione
mortuorum: sed cum esset in ipsius doctrina
(quæ ei criminis dabatur) etiam resurrectionis, ser-
vavit non iuste causæ suæ.*

J U D E X. Matth. 27.

ARGUMENTVM.

Christus in ultimo adventu suo de bonis
malisque sententiam pronunciat.

Iesus Iudex; Dextri, Sinistri.

Venite beati Patris mei: possidete paratum
vobis regnum ab orbe condito. Nam cum
esurirem, dedistis mihi comedere: cum sitirem,
bibere: hospitem me accepistis: nudum vestivi-
stis: ægrum visitavistis: in custodiam datum in-
visisti. **D.** Domine, quando te vidimus esu-
rientem, ut aluerimus? aut sitientem, ut potuimus
dederimus? quando autem hospitem, ut acce-
perimus? aut nudum, ut vestiverimus? quando
ægrum, ut inviserimus? **F.** Credite mihi, qua-
tenus minimo horum fratrum meorum fecistis,
mihi fecistis. Vos autem abite a me, execrabi-
les,



les, in ignem æternum, Vejovi, ejusque Geniis paratum: qui me neque esurientem cibo, neque fitientem potionē refecilis: hospitem non suscepisti: nudum non vestivisti: infirmum & in carcere conjectum, non invisiſtis. S. Domine, quando te vidimus esurientem, aut fitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, neque subvenimus? J. Credite mihi, quatenus horum minimo non fecistis, mihi non fecistis.

SENTENTIA.

Pro suis quemque factis remunerabitur Christus. Quod cuivis Christianorum fit, id ipsi Christo fit.

DECEM



~~~~~

**DECEM DEI PRÆCEPTA,  
ET ALIA DEINCEPS SEQVEN-  
TIA, QVÆ AD REIPUBLICÆ INSTI-  
TVTIONEM PERTINENT, EX  
EXODI CAP. XX. ET  
RELIQVIS.**

*Exod. XX. Deuter. V.*

**D**EVS hæc omnia Israelitis ad hunc modum effatus est: Ego sum Jova Deus tuus, qui te eduxi ex domicilio servitutis Ægyptiæ.

1. Deos alios nullos, præter me habeto.

Simulachrum ullius rei, quæ extet aut supra in cœlo, aut infra in terra, aut in aquis sub terra, ne facito, neve ea venerator, neve colito. Nam ego sum Jova Deus tuus, Deus impatiens socii: qui parentum culpam etiam in liberos persequor, vel ad tertiam usque quartamque stirpem oforum mei: clementiaque utor ad millesimam usque stirpem erga mei amantes, meaque præcepta conservantes.

2. Jovæ Dei tui nomen inaniter ne adhibeto: neque enim finet impunitum Jova, qui ejus nomen inaniter adhibuerit.

3. Diem Sabbati sancte agere memento. Sex diebus agito, tuaque opera omnia patrato. Septimo autem die, quod Jovæ Dei tui sabbatum est, nullum opus facito, nec tu, nec tuus filius, aut filia,

